



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119177**

§. 39. Discordiæ inter Franciæ Oratores.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67359)

Sæc. XVII.  
A. C. 1644.

## §. XXXIX.

*Discordiæ inter Franciæ Oratores.*

*Lettr. de  
Avaux a  
Mr. Brienne  
23. Maij.*

Paulopost Servientius Franciæ Orator Mazarinum Cardinalem, cujus consiliis unice regebatur, datis literis de rei gestæ serie certiolem reddebat: Displicuit tamen Regio Senatui, quod hic Orator Suecis inducias, atque inter ceteros articulos etiam hunc proposuerit, ut præprimis pro tollendis dissidiis ex Religionum diversitate exortis firma lex circa Religiones, & bona Ecclesiastica unanimi omnium consensu statueretur, cunctisque Imperii Principibus, ordinibusque ad recuperanda pristina jura auxiliares præberentur manus. Quoniam vero quidquid Servientio placebat, alteri Franciæ Oratori Avaussio Comiti displiceret, hic datis Parisios literis exposuit, e re Gallica haud esse, ut Religionis dissidia penitus tolerentur, eoquod partium dissensiones tranquillam hucusque occupatorum possessionem Gallis assererent, & spectato calamitoso Catholicorum statu Religio Romana absdubio damnus subitura esset, proin Galli aut Protestantium postulatis cum manifesto Religionis detrimento cedere, aut illorum invidiam in se accersere cogentur:

tur: aliunde vero annuentibus ipsis Pro-  
 testantibus Cæsar jamjam in Pragenſi  
 pace Religionis diffidia composuiſſet: Sæc. XVII. A. C. 1644.  
 cum vero ſolis Imperii Principibus pro  
 conſervanda Religione Catholica ſub-  
 ditos ſuos aut ad ejurandam hæreſin,  
 vel divenditis bonis ad emigrandum  
 compellendi jus competeret, hinc ti-  
 mendum fore ajebat Avauſſius, ne cun-  
 ctis Principibus priſtina jura redinte-  
 grandipotestate paſſim oblata, Prote-  
 ſtantes idem ſibi jus vindicandi obten-  
 tum quærerent, cum tamen Gallos in-  
 ter & Suecos conventum eſſet, ut Re-  
 ligionis negotia in ſtatu, quo ante bel-  
 lum Gallo - Suecicum fuiſſent, relin-  
 querentur. Tantum apud Regium Se-  
 natum valere Avauſſi rationes, ut  
 articulus de dirimendis Religionum dif-  
 fidiiſ ſupprimeretur, eoquod ſat com-  
 pertum eſſet, Suecorum molimina eo  
 collimare, ut ſaltem alteram Paſſa-  
 vienſem transactionem, ac demum ſuæ  
 ſectæ magis adhuc proficua pacem,  
 Catholicis penitus exſpoliatis extor-  
 querent.

§. XL.

*Philippus Trevirenſis Elektor liber-  
 tati reſtitutus.*

Tandem Galli Oratores die vigesima  
 quarta Februarii pacis arbitris ſcri-  
 ptum

*Adam.  
 Adami relat.  
 Pac. Weſt.*